et ꝑ gratiã ſui creatoris .⁊ per induſtriam ꝓpe ſollicitudinis Dominicus. Animaduerti acri ingenio cuncta que de aīe officijs oſtēdiſti: ⁊ video hoīez multo amplius q̃z ꝑus ſuo opifici debitorē fieri. Munera em̄ iſta que in aīa hō̄ ſuſcepit ineſtimabilem illi conferūt dignitatem.

De magnitudine obligatiōis ex ꝑte dantis ⁊ recipientis ¶ Capitulum.xviij.

Raymūdus. Satis nūc audiſti ni fallor q̄ntū deo aſtringeris ex ꝑte innumerabilis muneris. audi etiã q̇d debeas ex ꝑte largiētis dei: ⁊ ex ꝑte hoīs recipiētis Dominicus Undiq3 me niteris ꝯplicitū retinere vt nuſq̃z mihi diffugium pateat Raymūdus. Utinã tanta tibi bn̄ficioꝝ vincula poſſim inijcere vt in reliquū nō poſſis a tuo muneratore diuelli. Uerū nūc reſpice diligēter volūtatem. affectū. ⁊ liberalē munificentiã dn̄i dei tui. ⁊ copioſiſſimuz te intelliges debitorem. Duo in genere ſl3 munera creatoris. vnū viſibile ⁊ manifeſtū. aliud inuiſibile ⁊ occultū. Donū manifeſtū eſt mūdus. ⁊ quicq̇d in ſe retinet minor mūdus ſc3 hō̄. Donū occultū eſt amor dãtis q̇ eſt inuiſibilis. Primū tm̄ donū qd̄ hoī cōtulit deus eſt ſuus amor: qui radix eſt ⁊ fundamentū oīm donoꝝ. Nam hec externa dona multa ⁊ magna ſigna ſunt maximi ⁊ ardētiſſimi ad nos amoris dei Cogita nūc queſo ex magnitudine oīm donorum infinitã amoris magnitudinē. Et q2 deus totū mundū cōdidit ꝓpter hoīem. ideo primo dilexit hoīem ⁊ om̄ia alia ꝓpter hoīem. ⁊ ita in alijs creaturis nō dilexit niſi hoīem quē ſuꝑ om̄es exaltauit: ornauit: nobilitauit. Uerum q2 amor dei excedit in infinitum om̄ia dona creata. ideo deus cū dedit homini ſuū amorem dedit ei munus infinitū: inappreciabile: ineſtimabile. Certe vidiſti obligatōem omniū maximam. Quia igitur amor dei ad hominē eſt puriſſimus. ardētiſſimus. ſinceriſſimus. ſumme liberalis ⁊ mere gratuitus. iō ſine vlla ꝯparatōe plus eſt obligatus hō̄ ꝑ ſolo amore dei q̃z pro vniuerſis extra ſuſceptis. Hec em̄ oīa etſi multa ſint tm̄ finita ſl3. At amor dei eſt funditus infinitus. Dn̄icus. Libēs ſuſcipio hoīem ſic amari. ſ3 obligatōis magnitudinē expaueſco Raymūdus

Duo ſunt munera creatoris vnū aptum. aliud occultum. ſc3 amor.

De maxia obligatiōe ex ꝑte amoris dei.

Capitulum xix.

Diximus obligatõem ex parte largiẽtis. nunc eaꝫ intellige ex ꝑte recipiẽtis. Largitoꝛ omniũ bonoꝝ deus munera ſua hoĩ cõtulit ex libera ⁊ gratuita bonitate. ſed hõ ea recipit ex mera neceſſitate. Uelit em̃ aut nolit neccẽ habet ſibi aſſumere dona dei: ſine q̇bus nec ad momentũ poterit ꝑmanere. Nũquid ea tu poteris refutare. nunq̇d potes dicere deo: nõ opus habeo ſole tuo. nõ opus aere. aq̃. terra. munera tua alteri largire ego ea amplius nõ recipio. Si vides ergo ineuitabilẽ hoĩs necci/tatem: agnoſce ⁊ obligatõem Agnoſce quantũ debeas amico optimo ⁊ fideliſſimo q̇ te cõtinuo in eſſe cõſeruat. qui tuis ne/ceſſitatibꝫ ⁊ ꝯmodis ſua dona miniſtrat Dominicus. Ag/noſco obligatõem infallibilẽ. indelebilem. ꝑpetuam. ĩmortalẽ et cartã inſolubilẽ digito dei in qualibet creatura cõſcriptam. quam dũ lego nõ poſſum maximũ me debitorẽ nõ agnoſcere Sed quouſq; aĩam meam defatigas ⁊ non dicis mihi quid ꝓ tantis bñficijs refundere debeaꝫ creatori. Erubeſco ingratus inueniri. ſed q̃uo ſatis gratus efficiar nondũ intelligo

Obligatio ex ꝑte recipiẽtis.

Hic oſtendiẗ quid hõ refũdere tenetur ꝓ acceptis bñficijs: ſuũ ſcꝫ amorem ¶ Capitulũ. xix.

RAymũdus. Ecce iam incipiã ſatiſfacere votis tuis. Sꝫ dicito mihi. credis etiã hominẽ habere aliq̇d tale quod poſſit deo retribuere in recõpenſam condignã tantoꝝ bonoꝝ Dominicus. Credo equidem. nunq̃ꝫ em̃ equiſſimus deus (qui hoĩem ꝑdere nõ vult) tantis eũ bñficijs cumulaſſet: niſi noſſet penes hoĩem reſidere aliq̇d quo ſuã poſſit ſoluere obli/gatõem. Alioquin in ſuã vltimã ruinam hec illi eẽnt munera collata: qđ de optimo largitore nefas eſt credere Raymundus. Ita queſo ſic ſenti de dño in bonitate. Habet ergo aliq̇d homo qđ reddere poſſit ⁊ debeat ne iudiceẗ ingratus Nõ hoc erit mũdus iſte. quia nõ eſt ꝓprium hoĩs bonũ. Nõ ipm̃ hoĩs corpus. quia ꝑ violentiã ab eo auferri põt. Om̃ia em̃ que ex/tra animam hoĩs ſunt: ſua nõ ſunt. quia caduca et mortalia ſꝫ Uerum quia recõpenſatio debet correſpondere amori largiẽtis. amor autẽ largientis eſt immortalis: ſpũalis: inuiſibilis: ita id quod hõ retribuit ſuo datori debet eẽ immortale: ſpũale